Caracciolus, Robertus: Sermones de laudibus sanctorum

Speyer: Peter Drach, 1490



Ecce adoro sꝫ nō metallū. Adoro aūt dñm
meū iesum xpm: in cuius noīe precipio tibi
demon qui in eo latitas vt simulacrū ipm cō
minuas: statim q̄si cera liquefactū est. Tunc
oēs sacerdotes mugitū dederūt. Pōtifex aūt
templi eleuās gladiū aplm transuerberauit.
Alij ꝓo lanceis illū transfixerūt. Christiani
aūt corpus eiꝰ tulerūt ꝛ honorifice sepeliert.
Anno tñ dñi. cexxx. corpꝰ illud in Edessam
ciuitatē translatū est Alexādro impatore ad
Siriorꝝ p̄ces hoc faciēte. In illa aūt ciuita=
te nullus hereticus: nullus iudeus: nullus
paganus p̄t viuere: nec tyrānus aliq̄s ibi no
cere. Postq̄ꝫ Agabarꝰ rex illius ciuitatꝫ epi=
stolā manu saluatoris scriptā accipe meruit:
nā siq̄n gens aliq̄ ꝯtra ciuitatē illā insurrexe
rit infans baptisatus sup portā ciuitatꝫ stās
eplaꝫ illā legit ꝛ ea die tā saluatoris scriptu=
ra q̄ꝫ apli Thome meritis hostes aut fugiūt
aut placant. Verūtñ q̄uis longo tpe dura=
uerit nihilominus postea ciuitas illa capta
fuit a Sarracenis ꝛ ꝓphanata: sublato bñfi=
cio ꝓpter abundantiā peccatorꝝ. Igit sicut fu
it vnus ex duodecim Thomas in hac pegri
natōe: ita et nūc est vnꝰ ex illis sedēs sup sedē
in glia regni celorꝝ quē depcemur vt sua in=
teruentōne nos xpo ꝯmendet. Qui est bñdi=
ctus ꝛ laudabilis p infinita scla sclorꝝ. Amē
¶ Sermo trigesimusnonus de sancto Ja=
cobo dicto iusto ꝛ minore filio Alphei ꝛ fra
tre dñi nostri iesu christi.

IN memoria eter=
na erit iustus. Verba sunt Dauid
in. p̄s. cxi. Ois gloria hoim extin=
guitur et euanescit velut fumus: de quibꝫ in
p̄s dr. Perijt memoria eorū cū sonitu. Justi
aūt vt scribit Sapientie. v. ca. in ppetuū vi=
uent: et apud dñm est merces illorꝝ. Nam p=
acto breui cursu huius labilis vite premiuꝫ
suscipiūt eterne btitudinis in qua omi malo
semoto bonū oīe repitur. Propterea dauid
in p̄s. xxxvi. dicit. Justi hereditabūt terrā. s.
viuentiū. et inhabitabūt in seculū seculi sup
eam. Hinc btūs Jacobꝫ Alphei filius iusti=
cie se totū accomodauit. Qui ꝓpterea nō solū
exaltatus est in regno celorꝝ: verum etiā in ec
clesia militante a cunctis fidelibꝫ deuotissime
honorat. Cū ꝓo hodierna die immineat eiꝰ
festiuitas colendissima equū est vt eius lau=
dibꝫ insistamus: de quo appropriate dicunt
verba ꝓposita: in quibꝫ de iusticia illius tria
mysteria occurrunt ꝯtemplanda.
Primū dicitur originationis.
Secundum determinatōnis.
Tercium consummatōnis.
¶ Qualiter beatus Jacobus fuit in iusticia
et sanctitate singularis: tum ꝓpter inclinatōꝫ
tum ꝓpter exemplū christi: tum ꝓpter sanctifi
cationem in vtero. ¶ Capitulum. i.

PRimum mysteriū ꝯtemplandū de iusti
cia beati Jacobi dicit originatōis. In
quo videndū est vnde originē habuit iusti=
cia sancti Jacobi. Et sumit iusticia large p
virtute vel sanctitate. Et ad hoc dicimus q̄
tria fuerūt quasi principia radicalia iusticie
vel sanctitacis eius.
¶ Primum radicale principiū iusticie ꝛ san
ctitatis beati Jacobi dicit naturalis inclina
tio. Inclinabat quippe ipm ad virtutes ipsa
natura: sed vt id melius declaretur. Querūt
plerīq̄ꝫ vtrum virtutes insint homini ab ipa
natura. Et loquimur de virtutibꝫ moralibꝫ
et acquisitis non aūt de infusis et theologicꝫ
Et q̄ sint a natura pbari p̄t ex dictis sancto
rum et philosophorꝝ. Inquit enim Bernar
dus. Nullum vicium naturale est: omīs au=
tem virtus naturalis est. Et Damascenꝰ in
iij. Naturales sunt in nobis virtutes ꝛ equa
liter insunt omnibꝫ. Et Augꝰ. in. iij. de libe=
ro arbi. Omne vicium eo ipso q̄ viciū est cō
tra naturam est. Et Tho. prima secunde. q.
lxiij. arguit sic. Illud dicitur nobis esse na=
turale qd̄ inest nobis a natiuitate. Sed vir=
tutes quibusdam insunt a natiuitate. dicitur
enim Job. xxxi. Ab infantia creuit mecū mi
seratio et de vtero egressa est mecū. Igit vir=
tus inest homini ab ipa natura. Et Giraldꝰ
oddonis super. ij ethicorꝝ arguit hoc modo.
Natura non deficit in necessarijs vt docet
phus. Sed virtutes sunt homini necessarie
quia sine ipsis nō potest assequi suum finem
Sole inquit Macrobius de somno scipio=
nis faciunt virtutes beatuꝫ. Et Seneca ad
Lucillum. Sola virtus ad beatā vitam ef=
ficax est. Et Aristo. in. vij. pollitice. Felicita
tem sine virrute impossibile est existere. ergo
natura ꝓuidit homini de vtrtutibꝫ: Cōtra=
rium ad hec videtur pbari posse. Nam Se
neca ad Lucillum ait: Non dat natura vir=
tutē ars est bonū fieri. Et Aristo. ij. ethicorꝝ.
Boni vel mali natura non sumus. Ad hec
illud quod est bonū a natura cōmune est om
nibus hominibꝫ et non tollitur p peccatū qꝛ
etiam in demonibꝫ bona nature manent inte
gra. Sed virtus non inest omnibꝫ homini=
bus et abijcitur per peccatum: ergo non est a
natura: insup ex his que insunt a natura nec
laudamur neq̄ꝫ vituperamur ꝺm Aristolē.
in. ij. ethicorꝝ. sꝫ propter virtutes laudamur

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-521/0230
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG